

Ab Augustini Oppidi Civitatis nuncupati Laguna in Insula Tenarife Ordinis Fratrum Eremitarum ejusdem Sancti Augustini Canariensis. Diocesis, quod cum in Insulis Canariis nulla reperitur studii Generalis Universitas, in qua studentes illarum partium ad gradus Scholasticos promoveri valeant, ideoque ad gradus hujusmodi in Hispaniis consequendos mare mille ducentorum miliarium trajicere, & Terras trecentorum aliorum miliarium peragere, non sine maximo vite discrimine, & expensis debeant, ac sepe contingat aliquos ex illis a Mauris capi, & mancipari, ipsi exponentes, asserentes dictum Conventum primum, & principalem esse dictarum partium, in eoque grammaticam, ac artes, seu scientias, & facultates Philosophiae, & Theologiae tam scholasticae, quam moralis tradi, plurimum cupiunt a Nobis indulgeri, ut scholares dicti Conventus in artibus, seu scientiis, & facultatibus hujusmodi ibidem laureari, & ad scholasticos gradus promoveri valeant.

§.2. Nos igitur eorundem exponentium votis hac in re quantum cum Domino possumus favorabiliter annuere volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus, quomodolibet innodatae existunt ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, consilio, & attenta relatione venerabilis fratris Archiepiscopi Hispalen. dictarum Insularum Metropolitae super praemissis ad eisdem Cardinales transmissa, omnibus scholaribus in dicto Conventu sufficienter edoctis, ut in, & super facultatibus, & artibus supra expressis Philosophiae scilicet, necnon Theologiae Scholasticae, & Moralis in eodem Conventu laureari, ac ad doctoratus, & Magisterii gradum, & honorum publice provehi, & insigniri valeant, auctoritate Apostolica, tenore praesentium concedimus, & indulgemus, ita tamen, ut in omnibus, & singulis, Lectoribus, Magistris, & laureandis dicti Concilii Cap. 1. Sess. 5., & Cap. 2. Sess. 25. de Reformatione, necnon Constitutionis fel. rec. Pii PP. IV. praedecessoris nostri, quae incipit = *Sacrofancta* &c. dispositio fervetur, ac salva semper in praemissis auctoritate Congregationis memoratorum Cardinalium.

§.3. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari: Sicque in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consue-

Preces Fratrum, & Scholarum de Curia nobis.

Concessio facultatis suscipiendi gradus in Philologia, Theologia Scholastica, & Morali, servatis tamen Sacris Concilii Tridentini, & Pii IV.

Clausula.

tudinibus; privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores, praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus ad praemissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§.5. Volumus autem, ut earundem praesentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides ubique locorum tam in iudicio, quam extra illud habeatur, quae ipsis praesentibus haberetur, si forent exhibitae, vel ostensa.

Datum Romae apud S. Petrum sub Anno Piscatoris die IV. Junii MDCCCL. Pontificatus nostri Anno Primo.

XXII.

Conceduntur Congregationi Charitatis S. Hippolyti in Ind. Occident. privilegia Ordinum Mendicantium, & Clericorum ministrantium Infirmis.

Dat. 25 Junii 1701. An. 1.

Eadem privilegia concessa fuerunt Ord. S. Joannis Dei ab Urb. VIII. Consil. ed. 1624. Jun. 20. P. 1. Hujus Congregationis privilegia, & Indulgentia confirmata fuerunt ab Inn. XII. Constitut. ed. 1700, Maji 20. P. 9. Et aliud privilegium de Ordinibus suscipiendis extat Constitutione sequenti.

CLEMENS PAPA XI.

Ad perpetuum rei memoriam.

Injuncti Nobis celsus Pastoralis officii ratio postulat, ut paternam sacrarum Religionum, & Congregationum Christianae Charitatis, & Hospitalitatis operibus ex professo laudabiliter incumbendum curam gerentes, piam illarum, exercitium, & Institutum, quo labores expeditius suscipiendo, illud alacrius continent, & ferventius exequantur, liberalibus gratiarum, & privilegiorum muneribus confoveamus, prout in Domino conspicimus salubriter expedire.

§.1. Cum itaque sicut dilectus filius Joannes de Cabrera Procurator Generalis Congregationis Charitatis sub titulo S. Hippolyti Martyris in Civitate Mexicana, aliisque partibus Indiarum Occidentalium a fel. rec. Innocentio Papa XII. praedecessore nostro in Religionem erectae, Nobis nuper exponi fecit Fratres dictae Congregationis ab ipso illius initio multiplicia, atque insignia pietatis, & Christianae charitatis opera erga Pauperes, & Infirmos in eorum Hospitalibus degentes, non sine spiritali animarum beneficio, exercuerint, & in dies exercere non desinant, quo vero illa semper impensis, & indefessi obeant, & continent, ipse Joannes Procurator Generalis plurimum cupiat gratias, & privilegia Ordinum Mendicantium, & Congregationis Clericorum Regularium ministrantium Infirmis, quae alias rec. mem. Urbanus Papa VIII. praedecessor pariter noster Ordini tunc Congregationi nuncupat. Fratrum S. Joannis Dei communicavit & concessit, praedictae Congregationi Charitatis,

Exordium.

Rationes prodd. Privilegiis obtinendis, una cu Praeceptoris Gen.

quae

quae (ut asseritur) in suis Regularibus institutis cum dicto Ordine S. Joannis Dei maxime convenit, illiusque fratribus, & locis a Nobis pariter communicari, & concedi. Nos eandem Congregationem Charitatis, & pia illius Instituta, confovere, & promovere, ac proinde dictum Joannem Procuratorem Generalem, ac dilectos, etiam filios Fratres Congregationis hujusmodi specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus ejusdem Joannis Procuratoris Generalis nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium praepositorum consilio, & attenta relatione dilecti filii nostri Thomae Mariae Ferrarii tituli S. Clementis ejusdem S. R. E. Presbyteri Cardinalis Sancti Clementis nuncupati praedictae Congregationis Charitatis apud Nos, & Sedem Apostolicam Protectoris super praemissis dictis Cardinalibus facta, omnia, & singula privilegia, praerogativas, concessionis, favores, facultates, declarationes conservatorias, immunitates, exemptiones, libertates, ceteraque gratias, praerogativas, & Indulta cujusvis generis existentia, spiritalia, & temporalia, qualiacumque illa sint, dummodo tamen sint in usu, & non sint revocata, vel sub aliquibus revocationibus comprehensa, ac sacris Canonibus, & Concilii Tridentini Decretis, aut Apostolicis Constitutionibus, & Ordinationibus, vel memoratis Regularibus dictae Congregationis Charitatis Institutis non adversentur, praedictis Ordinibus Mendicantium, & Congregationis Clericorum Regularium ministrantium Infirmis, eorumque Conventibus, domibus, & aliis locis regularibus, ac Ordinum, & Congregationis hujusmodi Generalibus, Praesidentibus, & quibusvis aliis superioribus, Praelatis, & Capitulis, etiam generalibus, Provincialibus, seu intermediis, eorumque Diffinitoribus, Prioribus, Novitiis, Fratribus, Conversis, Donatis, & quibusvis eorum Regularibus personis tam in Urbe, quam etiam in quibuscumque mundi partibus existentibus, & illorum instituto, aut alias quomodolibet per quoscumque Romanos Pontifices praedecessores nostros, seu per Nos, & successores nostros, aut alios auctoritatem habentes concessa sunt, & conceduntur, ac quibus de jure, usu, & consuetudine, vel privilegio, seu concessione Apostolica in genere, vel in specie, ac tam conjunctim, quam divisim, aut alias quomodolibet utuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, frui, potiri, & gaudere possunt, & poterunt in futurum, ad praedictam Congregationem Charitatis, & singula illius Hospitalia, Domos, & alia loca regularia, illorumque Superiores, Praelatos, & quascumque Regulares personas, auctoritate Apostolica tenore praesentium perpetuo extendimus, illaque eis communicamus, & de novo concedimus, ac suffragari volumus.

Cessio praedictorum privilegiorum, dummodo sint in usu, & non adversentur Constitutionibus Ecclesiasticis, vel Congregationibus.

Clausula.

semper, & perpetuo firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari: sicque in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere: ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.3. Quocirca Venerabilibus Fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, aliisque locorum Ordinariis quibuscumque, nec non dilecto filio Causarum Curiae Camerae Apostolicae generali Auditori per praesentes committimus, & mandamus, quatenus quilibet eorum per se, vel alium, seu alios, praesentes literas, & in eis contenta quaecumque, ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Generalis, & Fratrum dictae Congregationis charitatis fuerint requisiti, solemniter publicantes, eisque in praemissis efficacis defensionis praesidio assistentes, faciant auctoritate nostra easdem plenum earum effectum sortiri, & obtinere, illisque omnes, quos concernunt, pacifice frui, & gaudere, non permittentes quemquam desuper contra illarum tenorem, sub quovis pretextu, & causa, etiam defectu intentionis nostrae per quoscumque quomodolibet indebite molestari, quinimo quidquid in contrarium attentari, vel fieri contingat, omnino semper in pristinum reponi, contradictores quoslibet, & rebelles etiam per quascumque, de quibus eis videbitur, censuras, & poenas Ecclesiasticas, & alia opportuna Juris, & facti remedia, appellatione postposita compescendo, legitimisque super his haberi. servatis processibus, censuras, & poenas ipsas, etiam iteratis vicibus aggravando. invocato ad hoc si opus fuerit auxilio brachii secularis.

Constitutio hujus Constitutionis Executor.

§.4. Non obstantibus praemissis, ac pie memoratae Bonifacii Papa VIII. etiam Praedecessoris nostri de una, & in concilio generali edita de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas aliquis vigore praesentium in iudicium non trahatur, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis ac Ordinum, & Congregationis Clericorum Regularium etiam Juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus: privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis quomodolibet etiam pluries concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, & in eis caveatur expresse, quod illis nullatenus, aut non nisi sub certis modo, & forma derogari possit, tenores hujusmodi ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata, inserti forent, praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus.

§.2. Decernentes easdem praesentes literas

derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Aut si aliquibus communiter, aut divisim ab eadem sit Sede indultum, quod interdicti, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas, non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem.

§5. Volumus autem, ut earumdem presentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis eadem prorsus fides ubique locorum tam in iudicio, quam extra illud habeatur, quae ipsis presentibus haberetur si forent exhibita, vel ostensa.

Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die XXV. Junii MDCCL. Pontificatus nostri anno Primo.

XXIII.

Conceditur Fratribus Congregationis Charitatis S. Hippolyti in Indiis Occidentalibus facultas suscipiendi Ordines omnes extra tempora, & non servatis interstitiis.

De aliis privilegiis vide Constitutionem praeced. Haec facultas conceditur, quia unus dumtaxat Presbyter esse potest in unaquaque Domo juxta Constitutiones, quae confirmatae fuerunt ab Innoc. XIII. Const. ed. 1700, Maji 21, P. 9. Et Innoc. XIII. Const. ed. 1722, Aug. 7, P. 2, confirmantur Statuta Congregationis.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

CUM sicut dilectus filius Joannes de Cabrera Procurator Generalis Congregationis Charitatis sub titulo S. Hippolyti Martyris in Civitate Mexicana, aliisque partibus Indiarum Occidentalium a fel. rec. Innocentio Papa XII. Praedecessore nostro in Religionem erectae nobis nuper exponi fecit per Constitutiones d. Congregationis subinde ab eodem Innocentio Praedecessore specificae confirmatas, & approbatas statuatur, ut in singulis Hospitalibus, seu Domibus ipsius Congregationis unus dumtaxat Frater Presbyter esse possit, & id quidem, quia scilicet varia, & praesertim vilia infirmis exhibenda ministeria promptius, ac decentius per Fratres Laicos obeuntur, plurimum expediat, verum eveniente in aliquo ex dictis Hospitalibus, seu Domibus unicus illius Fratris Presbyteri obitu, futurum sit, ut donec alius Frater dictae Congregationis ad omnes Sacros Subdiaconatus, Diaconatus, & Presbyteratus Ordines promoveatur, & in Defuncti locum subrogetur, si tempora ad dictorum Sacrorum Ordinum susceptionem a jure statuta expectanda, ac interstitia a Sacro Concilio Tridentino designata servanda erunt, toto eo tempore Hospitalis, seu Domus hujusmodi, absque Presbytero Religioso remaneat, & interim Ministerio Presbyteri Secularis, assignato illi ex bonis in Hospitalitatem erogandis stipendio, & non sine Religiose quietis periculo uti debeat, ac propterea ipse Joannes Procurator Generalis opportune in praemissis a Nobis provideri, &

Dat. 17. Junii 1701. An. 1.

Ratio pro d. facultate obtinenda.

Proces Procuratoris Generalis.

ut infra indulgeri summopere desideret; Nos ejusdem Joannis Procuratoris Generalis votis hac in re quantum cum Domino possumus favorabiliter annuere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum presentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutam fore censentes, supplicationibus ejus nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium praepositorum, qui dilectum filium nostrum Thomam Mariam Ferrarium tituli S. Clementis ejusdem S. R. E. Presbyterum Cardinalem Sancti Clementis nuncupatum dictae Congregationis apud Nos, & Sedem Apostolicam Protectorem super praemissis audiverunt, consilio, ut quodcumque memoratus unicus Frater Presbyter cujuscumque ex dictis Hospitalibus, seu Domibus ab humanis decesserit, alius frater expresse professus praedictae Congregationis in illius locum subrogandus Clericali charactere, si illo nondum insignitus sit, insigniri, & ad quatuor minores, quatuor feriatas, vel non feriatas, seu unica, & subinde ad sacros Subdiaconatus, Diaconatus, & Presbyteratus Ordines tribus Dominicis, seu aliis festivi diebus (non tamen continuis) sed semper aliquo temporis spatio arbitrio Ordinarii definiendo interpolatis) etiam extra tempora ad id a jure statuta, ac interstitiis a dicto Concilio Tridentino designatis minime servatis, annique curriculo non expectato, etiam si in unoquoque ex sacris Ordinibus praedictis antequam ad alium promoveatur se minime exercuerit, dummodo nullum Canonicum ei obstat impedimentum, ipseque ad id idoneus reperitur, ac servatis alias servandis, de Superiorum suorum licentia promoveri, & promotus in illis etiam in Altaris ministerio ministrare libere, & licite possit, & valeat, auctoritate Apostolica tenore presentium concedimus, & indulgemus; Salva tamen semper in praemissis auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium.

§.1. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari; Sicque in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere; ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.2. Non obstantibus praemissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon dictae Congregationis Charitatis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & Consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter

Concessio praedictae facultatis.

Clausula.

ex

expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes; illis alias in suo robore permanentibus ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§.3. Volumus autem, ut earumdem presentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides ubique locorum, tam in iudicio, quam extra illud habeatur, quae ipsis presentibus haberetur, si forent exhibita, vel ostensa.

Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die XXV. Junii MDCCL. Pontificatus Nostri anno Primo.

XXIV.

Conceditur Votantibus Signaturae Justitiae etiam post dimissionem Officii facultas transferendi pensiones.

De hac facultate vide hujus Pontificis Const. ed. 1701, Mar. 28, P. 1. Et de Cordone coloris violacei Bened. XIII. Const. ed. 1727, Jul. 12, P. 4.

CLEMENS PAPA XI.

Ad perpet. rei memoriam.

REDITUR nobis divinitus dispensationis ratio exigit, ut illos, qui plus laboris, & obsequii in Apostolicae Sedis honorem, ac Ecclesiae Catholicae utilitatem jugiter perferre, & impendere non desistant, peculiari paternae charitatis affectu prosequentes, eis uberiora Pontificiae nostrae benignitatis dona largiamur.

Antea ab hoc Pontifice concessa fuit dictae facultati actu Votantibus.

§.1. Alias siquidem Nos tunc, & pro tempore existentibus Referendariis Signaturae nostrae Justitiae Votantibus perpetuo concessimus, & indulgimus, ut ipsi pensiones annuas Apostolica auctoritate eis super quibusvis fructibus Ecclesiasticis reservatas, & pro tempore reservandas usque ad summam centum scutorum monetae dumtaxat, ad favorem unius, seu plurium personarum Ecclesiasticarum, seu Clericorum, ac alias pensionum hujusmodi capacium, etiam in mortis articulo, coram Notario, & Testibus, ac cum alicujus Praelati, seu Personae in Ecclesiastica dignitate constitutae interventu transferre (servata tamen forma Constitutionis felic. rec. Innocentii Papae XI. Praedecessoris nostri super translatione pensionum editae) libere, & licite possent, & valerent, & alias prout in nostris desuper in simili forma Brevis die 28. Martii proxime praeteriti expeditis literis, quarum tenorem praesentibus pro plene, & sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, uberius continetur.

Causa novae Concessionis.

§.2. Nunc autem nos ad egregia dilectorum filiorum modernorum ejusdem Signaturae Justitiae Votantium merita paternae dirigentes considerationis intuitum, ac benigne dependentes, quantum ipsi singulari Sedi Sedi praefatae adjumento, Romanae Curiae ornameto, eosque proinde, ac illorum Successores, ut alacriores in dies ad praestanda eidem Sedi obsequia redantur, amplioris favore gratiae prosequi volentes, & ipsorum modernorum Referendariorum

Signaturae Justitiae hujusmodi Votantium singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum presentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, motu proprio, ac ex certa scientia, & liberalitate nostris, deque Apostolicae potestatis plenitudine, praefatis modernis, & pro tempore existentibus Referendariis ejusdem Signaturae Justitiae Votantibus, ut ipsi, etiam dimissis Votantium hujusmodi Officiis, facultates transferendi pensiones annuas usque ad summam centum scutorum monetae a Nobis per nostras literas praefatas, ut praefertur, concessa uti, frui, & gaudere libere pariter, & licite possint, & valeant in omnibus, & per omnia, perinde, ac si Officia Votantium hujusmodi tunc exercerent, tenore presentium, concedimus pariter, & indulgemus.

Concessio facultatis usque ad centum scutorum pro prio facta etiam actu non Votantibus.

Clausula.

§.3. Decernentes easdem praesentes literas, & in eis contenta quaecumque, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostrae, aut interese habentium consensus, aliove quolibet, etiam quantumvis magno, & substantiali defectu notari, impugnari, retractari, infringi, seu ad terminos juris reduci, aut in controversiam revocari, seu adversus illas aperiitionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiae remedium impetrari, vel intentari, aut impetrato, seu etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus concessio, vel emanato quempiam in iudicio, vel extra illud uti, seu se juvare posse, neque ipsas praesentes literas sub quibusvis similibus, vel dissimilibus gratiarum revocationibus, limitationibus, aliisque contrariis dispositionibus, etiam per Nos, vel Romanos Pontifices Successores nostros, & Sedem praefatam in genere, vel in specie, aut alias quomodolibet, & quodcumque faciendis comprehendi, vel comprehensas censei, sed semper ab illis exceptas, & quoties illae emanabunt, toties in pristinum, & validissimum statum restitutas, repositas, & plenarie reintegratas, ac etiam de novo, sub quacumque posteriori data per eos, ad quos pro tempore spectabit, eligenda, concessas intelligi, firmasque, validas, & efficaces existere, & fore, ac illis ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari.

§.4. Sicque, & non aliter in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales etiam de Latere-Legatos, aliosve quoslibet quacumque praeminentia, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiti debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.5. Quocirca dilectis filiis nostris ejusdem S. R. E. Vice-Cancellario, ac Camerario, & Causarum Curiae Camerae Apostolicae Generali Auditori per praesentes motu pari committimus, & man-

& mandamus; quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios eadem presentes literas, & in eis contenta quaecumque, ubi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte praedictorum Votantium, seu alicujus eorum, vel aliorum interesse in praemissis pro tempore habentium desuper fuerint requisiti, solemniter publicantes, in praemissis efficacis defensionis praesidio assistentes, faciant auctoritate nostra ipsas praesentes literas, & in eis contenta hujusmodi ab omnibus, & singulis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, inviolabiliter observari, ipsosque modernos, & pro tempore existentes Votantes, & alios quos eadem literae concernent in futurum, praesentium literarum, & in eis contentorum commodo, & effectu pacifice frui, & gaudere, non permittentes illos, seu eorum quempiam desuper quomodolibet indebite molestari, perturbari, inquietari, vel impediri, contradictores quoslibet, & rebelles per sententias, censuras, & poenas Ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellacione postposita, compescendo, legitimisque super his habendis, servatis processibus, censuras, & poenas ipsas etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

§.6. Non obstantibus omnibus, & singulis, quae in supradictis nostris literis concessimus non obitare, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud S.M. Majorem sub Annulo Piscatoris die XII. Augusti MDCCCL. Pontificatus nostri anno Primo.

XXV.

Dec. 16. Sept. 1701. An. I.

Conceditur Visitantibus S. Domum Lauretanam Indulgentia plen. perp. etiam per modum suffragii pro Defunctis.

De Penitentiariorum Collegio extat Alexand. VII. Const. ed. 1659, Feb. 22, P. 4. Et hujus Pontificis sequens Const. est de celebratione Missarum in d. Domus Capella, & Ecclesia.

CLEMENS PAPA XI.

Universis Christianis presentes literas inspecturis, salutem, & Apostolicam benedictionem.

Cessio praedicta toties quoties.

AD augendam fidelium devotionem pia charitate intenti, omnibus, & singulis utriusque sexus Christianis ad Sacram Domum Lauretanam ab Omnipotenti Deo specialibus gratiis, & donis illustratam devotionis causa peregrinantibus, qui vere poenitentes, & confessi, ac Sacra Communione refecti Sacram Domum hujusmodi devote visitaverint, & ibi pro Christianorum Principum concordia, haereticorum extirpatione, ac Sanctae Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effuderint, quoties id egerint, plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem, quam etiam animabus fidelium Defunctorum, quae Deo in charitate conjunctae ab hac luce migraverint, per modum suffragii applicari possint, misericorditer in Domino concedimus.

Presentibus perpetuis futuris temporibus valentibus.

§.1. Volumus autem, ut eandem praesentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in Ecclesiastica Dignitate constitutae munitis, eadem protus fides ubique locorum habeatur, quae ipsis praesentibus habereetur, si forent exhibitae, vel ostense.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris die XXVI. Sept. MDCCCL. Pontificatus nostri anno Primo.

XXVI.

Dec. 29. Sept. 1701. An. I.

Consulitur celebrationi Missarum non adhuc celebratarum, & aliarum in posterum celebrandarum in Capella, & Ecclesia S. Domus Lauretanae.

In praecedenti Constitutione extat concessio Indulgentiae plen. perp. In. XII. Const. ed. 1698., Aug. Novis, P. 8. agit de regimine Domus, & Civitatis Lauretanae. Et hujus Pontificis Const. ed. 1711., Maji 13., P. 11. de facultate Confessoriorum etiam Penitentiariorum.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

CUM sicut non sine gravi animi nostri molestia accepimus, plurima Missarum, tam in Capella, quam in Ecclesia Sacrae Domus Lauretanae celebrandarum onera a multo tempore inexplata remanserint, ac usque ad annum 1678. adhibiti cum fuerint Libri, in quibus Missae manuales celebrandae adnotarentur, adeoque Missarum hujusmodi non celebratarum numerus ignoretur, a dicto vero Anno, quo dictae Missae in Libris adnotari ceperunt, quinquaginta millium in dicta Capella, ac viginti quinque millium circiter in praefata Ecclesia respective celebrandarum Missarum hujusmodi celebrationem omittam fuisse constet, nec ullus appareat modus, quo ejusmodi oneribus non adimpletis, ac Christianis elemosynas pro aliis Missis tam in Capella, quam in Ecclesia praedictis celebrandis quotidie offerentium devotioni, & voluntati, attento Capellanorum ad hoc necessarium defectu, & quia unicum est dictae Capellae Altare, satisfieri possit, nisi desuper opportune a Nobis provideatur, & ut infra indulgeatur: Hinc est, quod Nos, ut suscepta hactenus, & omnia, ut praefertur, quantum fieri potest, ac suscipienda in futurum Missarum hujusmodi onera exaeque, & diligenter adimpleantur, sicque dictorum Christianis ad dictam Sacram Domum confluentium, & elemosynas pro Missis offerentium devotio, & pietas confoveatur, prospectum esse cupientes, de Congregationis Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium, & dilectorum filiorum, Romanae Curiae Praetorum nuncupate consilio, ac etiam Motu proprio, ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicae potestatis plenitudine, praecipimus, & mandamus, ut nunc, & pro tempore existentes dictae Sacrae Domus Ministri loco dictarum Missarum usque

Causa hujus Constitutionis.

Motus proprius.

De Missis non celebratis usque ad annum 1678, quorum numerus ignotatur.

De Missa non celebrata post an. 1678, quorum numerus est 75000.

De Missis in posterum celebrandis.

De Missis in posterum celebrandis in Capella dictae Domus.

usque ad memoratum annum 1678. celebrari omittarum, quarum, ut praefertur, numerus ignotatur, unam Missam cantatam in praedicta Ecclesia singulis mensibus per quinquaginta annorum spatium, celebrari facere teneantur, qua Missarum cantatarum celebratione completa, praedictarum Missarum usque ad dictum annum celebrari omittarum oneri satisfactorum fore declaramus; ac concedimus, ut dictae Missae cantatae illis, pro quibus ipsae Missae celebrari omittae, celebrari debebant, perinde suffragentur, acsi omnes eadem Missae celebrari omittae, celebratae fuissent; praedictas vero omnes Missas in Libris adnotatas tam in Capella, quam in Ecclesia praedictis celebrandas a dicto anno hactenus non celebratas, celebrari, ac proinde ultra Capellanos necessarios alios quinque, qui eas singulis diebus usque ad totale supra expressi illarum numeri adimplementum celebrent, deputari, & ut in posterum Missarum hujusmodi celebratarum numerus sciri, secutoque dicto earum adimpleto ipsi Capellani removeri possint, ac tale onus deficiat, Librum particularem, in quo iidem Capellani illas adnotent, retineri debere decernimus, & ordinamus: Quoniam autem si dictae Missae in praedicta Capella celebrandae hactenus omittae ad numerum viginti quinque millium, sicut praemittitur, ascendent, in ipsa Capella celebrari deberent, aliorum Christianissimum Missas in eadem Capella celebrari expositantium devotioni, cum ne quidem duo Altaria ad dictarum omittarum, & aliarum pro tempore celebrandarum Missarum celebrationem sufficerent satisfieri, ut praefertur, non possent; ut hujusmodi Missae omittae, quae in dicta Capella celebrandae essent ad quodcumque Ecclesiae praedictae Altare a dictis quinque deputandis Capellanis celebrari valeant; & sic celebratae perinde suffragentur, acsi ad memoratum dictae Capellae Altare celebratae fuissent, concedimus, & indulgemus. Ne vero de cetero talis Missarum celebrationis omittio contingat, numerum Capellanorum sacrae Domus praefatae, tot scilicet, quot ad implendam tam perpetuarum, quam manualium sive in Capella sive in Ecclesia praedictis celebrandarum Missarum onus sufficiant, augendum, & ut in posterum de ipsarum Missarum celebrationis adimpleto semper consistere possit, duos Libros distinctos, & separatos, in quorum uno Missae manuales, pro quarum celebratione in Capella, & Ecclesia hujusmodi, elemosynae praestantur; in altero vero omnes Missae, quae in utroque loco celebrantur adnotentur, retinendos, & quolibet semestri in perpetuum computa re- cepturarum elemosynarum, & celebratarum, Missarum tam perpetuarum quam manualium revidenda, & legaliter revisa ad supradictam Congregationem Lauretanam transmittenda, esse, sub suspensionis ab Officiis, vel illorum privationis per eos, qui dicta computa, ut praefertur, non reviderint, aut non transmiserint, incurrendis, aliisque arbitrio ipsius Congregationis imponendis poenis, statuimus, & ordinamus. Verum quia experientia compertum habetur omnes Missas tam perpetuas, quam manuales, quae ad Altare Capellae hujusmodi celebrari petuntur, ad illud celebrari non posse, ut in futurum Missa hujusmodi ad Altare sub titulo Sanctissimae Annunciationis dictae Capel-

lae annexum celebrari possint, ac illis, pro quibus celebratae fuerint, suffragentur, & piorum Largitorum menti, & voluntati satisfactum sit, perinde ac ad primo dictum Altare celebratae fuissent, concedimus pariter, & indulgemus.

§.1. Decernentes easdem praesentes Literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari: sicque in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos etiam Casarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae praefatae Cardinales etiam de latere Legatos, & alios quoslibet quacumque praeminentia, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & desiniri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.2. Non obstantibus, quorumcumque Testatorum, & piorum Largitorum etiam ultimis voluntatibus, quas quoad praemissa sufficienter, & expresse commutamus, ac Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit, dictae Sacrae Domus, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XXVIII. Septembris MDCCCL. Pontificatus nostri anno Primo.

XXVII.

Dat. 17. Oct. 1701. An. I.

Confirmatur Decretum Congregationis Episc. & Reg. de celebratione Capitulum, & Congregationum Provinciarum Lusitaniae, & Algarbiorum FF. Min. de Observ., & Tertii Ord. S. Francisci.

In. XII. Const. ed. 1700., Jul. 10. P. 9. agit de alternativa in Provincia Insularum Azorum sub Regno Portugalliae. Et hujus Pontificis Const. ed. 1717., Jul. 8. P. 17. de divisione, & erectione Provinciae Bened. XIII. vero Const. ed. 1724., Oct. 3. P. 1. abrogantur privilegia personalia FF. Tertii Ord. in Regnis, & Dominiis Portugalliae.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

NOuper pro parte dilectorum filiorum Fratrum Provinciarum Portugalliae, & Algarbiorum Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum, necnon alterius Provinciae Tertii Ordinis ejusdem Sancti Francisci

cifici in Lusitania Congregationi Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositæ exposito, quod cum in Capitulis, & Congregationibus dictarum Provinciarum in Curia Regia celebrari solitis vocales ad suffragia sua Religiosis immeritis conferenda Magnatum commendationibus sæpius adducerentur, ad abusum hujusmodi tollendum in Capitulo generali primodiæti Ordinis anno 1688. celebrato Diffinitorium Generale, ad instantiam Vocalium Nationis Lusitanæ per suum Decretum præceperat, ut in posterum dicta Capitula, & Congregationes extra Curiam præfatam in Conventu a Superioribus Generalibus eligendo celebrarentur, & alias prout in dicto Decreto uberius dicebatur contineri; Ne vero Decretum hujusmodi sub quovis prætextu violaretur, sed semper executioni mandaretur, ipsi Fratres plurimum cupiebant illud auctoritate dictæ Congregationis Cardinalium confirmari. Emanavit ad eorum supplicationem ab eadem Congregatione Cardinalium Decretum tenoris, qui sequitur, videlicet = Sacra Congregatio Eminentiſſimorum, & Reverentiſſimorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, audita relatione Patris Procuratoris Generalis dicti Ordinis, & attentis narratis, censuit, ac decrevit servandum esse Decretum Capituli Generalis editi anno 1688. Romæ 23. Septembris 1702. G. Cardinalis Carpinus J. N. Paraccianus Secretarius.

Ad declinandam mala defuncti fuit a Capitulo Gener. 1688, ut Capitula, & Congregationes dd. Provinciarum celebrarentur extra Curiam Regiam.

Decretum d. Congr. quo confirmatum fuit statutum præd. Capituli Gen.

Preces Frat. Provinciarum

Confirmatio relati Decreti Congreg.

Clausula.

§.1. Cum autem, sicut etiam dilectus filius Veriſſimus a Conceptione Frater expresse professus, & Procurator dictæ Provinciae Portugaliæ Nobis subinde exponi fecit, ipse Decretum hujusmodi, quo firmius subsistat, Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiri summo opere desideret: Nos ipsum Veriſſimum specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & Interdicti, aliisque Ecclesiasticis Sententiis, Censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præinsertum, auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, salva tamen semper in præmissis auctoritate dictæ Congregationis Cardinalium.

§.2. Decernentes eandem præsentem Literas semper firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quocumque spectabit in omnibus, & per omnia inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.3. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit Provinciarum, & Ordinis hujusmodi, etiam Juramento, confirmatione,

Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentis, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XV. Octobris MDCCL. Pontificatus nostri anno Primo.

XXVIII.

Confirmatur Decretum Magistri Gen. Ordinis Prædicatorum confirmans abdicationem graduum, & privilegiorum personalium factam a Congreg. Observantis B. Jacobi Venetiarum.

Dat. 21. Oct. 1701. Ann.

Inn. XI. Const. ed. 1683, Apr. 7. declaratum fuit non esse admittendam cessionem loci factam a Fratribus Gallis stric. Obser. Et hujus Pont. Const. ed. 1702, Feb. 8, P. 2. agitur de receptione Religiosorum ad Congregationem Venetam.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Vicarius Generalis, & Fratres Congregationis Observantis Beati Jacobi Venetiarum Ordinis Prædicatorum, quod ipsi ad regularem disciplinam in dicta eorum Congregatione promovendam, & sublatis omnibus obstaculis perpetuis stabilendam omnibus gradibus, præcedentiis, & privilegiis personalibus, quorum usus in eam, introductus reperiebatur, sponte renunciarunt, ad hoc ut Religiosi omni ambitiosa æmulatione, & temporalis retributionis expectatione remotis, literarum studiis, & verbi Dei prædicationi, gloriam Dei, & spiritualem Christianifidelium utilitatem sibi tantum proponentes, vacent, ad imitationem, & exemplum Provinciae Toletanæ, ac Congregationum Sanctæ Sabinæ, & Sancti Marci ejusdem Ordinis, ac dilectus etiam filius Antoninus Cloche Magister Generalis dicti Ordinis renunciationem, & abdicationem hujusmodi acceptavit, & nonnulla statuit circa honorem, titulos, præminentias, exemptiones, & privilegia in præfata Congregatione nulli in posterum competitura, & omnimodam inter omnes æqualitatem servandam, & alias prout ulterius continetur in ipsius Antonini Magistri Generalis Decreto desuper edito tenoris, qui sequitur videlicet. Nos Frater Antoninus Cloche Sacræ Theologiæ Professor, ac totius Ordinis Prædicatorum humilis Magister Generalis, & Servus. Exigit Officii nostri ratio, ut in vota Patrum Provinciarum, & Congregationum aliquando descendamus, earumque precibus inclinemur. Quare cum Reverendus Admodum Pater Vicarius Generalis ceterique RR. PP. Congregationis nostræ Beati Jacobi Venetiarum libello supplici Nobis exposuerint, se vehementer optare gradibus omnibus, seu Magistri, seu Baccal-

Ab hujusmodi Religiosis nunciis remissum fuit gradibus omnibus, & privilegiis personalibus.

Decretum Magistri Gen. quo confirmatur abdicatione omnium.

laurei, seu Prædicatoris Generalis eorumque titulis, Juribus ceterisque omnibus præminentis renunciare a Constitutionibus nostris concessis, eorum petitionibus paterna providentia annuentes tenore præsentium, nostrique auctoritate Officii acceptamus R. A. P. Vicarii Generalis aliorumque Patrum spontaneam addicationem graduum omnium ab iis factam, statim usque in posterum, quod nulli in ea Congregatione assumantur, & admittantur tituli Theologiæ Magistri, Regentis, Baccalauri, Magistri studentium, Prædicatoris Generalis, quod nulla futura sit unquam quomodocumque præminentia, sed omnes, & singuli post Superiores sua loca sumant, ordinem juxta professionis antiquitatem, ubique teneant, nullum titulum usurpent, nisi dumtaxat Officii, quod actualiter exercent, quo Officio expleto nullum nisi, qui simplici Religioso convenit titulum habeant, nullum etiam privilegium mittendi, vel recipiendi, vel legendi literas habeant, nisi accepta a Superiore licentia, nullam excusationem habeant a sequela Chori, aut ab onere hebdomadarii, sed omnimoda æqualitas, ac uniformitas observetur ab omnibus, & quoad omnia, inter eosque sola in Religione professionis antiquitas distinguatur, ceteris aliis omnibus omissis. Datum Romæ in Conventu nostro Sanctæ Mariæ super Minervam die 8. Aprilis 1701. = Frater Antoninus Cloche Magister Ordinis = Registrat. fol. 50. = Frater Aloysius de Baratel Magister, & Socius.

Preces FF. d. Congregationis

Confirmatio relati Decreti.

Clausula.

§.1. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, dicti Exponentes Decretum hujusmodi, quo firmius subsistat, & servetur exactius Apostolicæ Confirmationis nostræ patrocinio communiri summo opere desideret: Nos ipsos Exponentes specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & Interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodata existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de Venerabil. Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, & dilectorum Romanæ Curie Prælatorum super disciplina regulari specialiter deputatorum consilio, Decretum præinsertum, auctoritate Apostolica, tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus, salva tamen semper in præmissis auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium, & Prælatorum.

§.2. Decernentes eandem præsentem Literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore quocumque spectabit in omnibus, & per omnia inviolabiliter observari: Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit Congregationis, & Ordinis præfatorum etiam Juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentis, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XXI. Octob. MDCCL. Pontificatus nostri Anno Primo.

XXIX.

Conceduntur plures Indulgentiæ perpetuæ Congregationi Missionis.

Dat. 5. Nov. 1701. An. 1.

Alia Indulgentia extant Alex. VIII. Const. ed. 1690, Octob. 5, P. 1. Et hujus Pontificis Const. ed. 1713, Oct. 27, P. 13.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Plas personarum Ecclesiasticarum Congregationes in militanti Ecclesia ad Dei laudem & gloriam, spiritualemque Christianifidelium ædificationem provide institutas, ut ad pia, & salutaria, quæ exercent, opera promptiores, alacrioresque reddantur, Indulgentiis, & peccatorum remissionibus invitamus, & confovemus, prout ad earum devotionem, animarumque salutem augendam conspiciamus in Domino expedire.

§.1. Hinc est quod nos Congregationem Missionis in vinea Domini ad animarum salutem, sæpeque laborantem spiritualibus Indulgentiarum muneribus cumulare volentes, de Omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, præter, & ultra omnes, & quascumque alias Indulgentias, & peccatorum remissiones, & poenitentiarum relaxationes eidem Congregationi hæcenus quomodolibet, & ex quavis causa, Apostolica auctoritate concessas, omnibus, & singulis Presbyteris, Clericis, & Laicis, qui dictam Congregationem in posterum ingredientur, die primo eorum ingressus, si vere poenitentes, & confessi Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum sumperint, plenariam: Illis quoque, qui Congregationem hujusmodi ingressi, & in ea viventes quatuor vota simplicia, nempe Castitatis, Paupertatis, & Obedientiæ, necnon Stabilitatis in dicta Congregatione, ad effectum se toto vitæ tempore salutis pauperum rusticarum applicandi, post biennium probationis juxta Constitutiones prædictæ Congregationis auctoritate Apostolica confirmatas emiserint, & vere similiter poenitentes, & confessi, eo die sacra Communionem refecti fuerint, itidem plenariam: Ac præfatis Presbyteris, Clericis, & Laicis nunc, & pro tempore existentibus in cujuslibet eorum

Exordium.

Cessio prædicta.

Indulg. plenaria.

mortis articulo, si vere pariter poenitentes, & confessi, ac sacra communione refecti, vel quatenus id facere nequiverint, saltem contriti, nomen Jesu ore, si potuerint, sin minus corde devote invocaverint, etiam plenariam: Præterea eisdem præsentibus, & futuris Presbyteris, Clericis, & Laicis vere similiter poenitentibus, & confessis, ac sacra Communione refectis, qui aliquam dictæ Congregationis Ecclesiam, vel Oratorium, vel Parochialem Ecclesiam Loci, ubi pro tempore commorabuntur, die festo conversionis Sancti Pauli a primis vespers usque ad occasum solis diei hujusmodi, annis singulis devote visitaverint, & ibi pro felici Congregationis præfate progressu, & propagatione, ac pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione, pias ad Deum preces effuderint, plenariam: Insuper eisdem Presbyteris, Clericis, & Laicis, qui spiritualia exercitia per otidium continuum in aliqua ejusdem Congregationis domo peregerint, & interea vere quoque poenitentes, & confelli Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum sumpserint, ac, ut præfertur, oraverint, similiter plenariam semel in anno omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus.

Indulgentia totorum.

§.2. Ac demum eisdem Presbyteris, Clericis, & Laicis præsentibus, & futuris in memorata Congregatione viventibus, qui singulis diebus conscientiam suam diligenter examinaverint, cum proposito a peccatis abstinendi, & se corrigendi, ac Litanias Beatæ Mariæ Virginis devote recitaverint, & ut supra expressum est, oraverint, centum dies pro unoquoque die, quo id egerint, de injunctis eis, seu alias quomodolibet debitis poenitentibus in forma Ecclesiæ consueta relaxamus. Præsentibus perpetuis futuris temporibus valiturus.

Clausula.

§.3. Volumus autem, ut eorundem præsentium Literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici, vel Secretarii dictæ Congregationis subscriptis, & sigillo Personæ in Ecclesiastica Dignitate constituta, vel Superioris Congregationis prædictæ munitis eadem prorsus fides tam in Judicio, quam extra illud ubique locorum habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die V Novembris MDCCCL Pontificatus Nostri Anno Primo.

XXX.

Dat. 18. Nov. 1701. An. 1.

Confirmatur Constitutio Urb. VIII super indigentis Locorum Sacrorum Terræ Sanctæ.

Constitutio Urb. VIII ed. fuit 1634, Feb. 3, Et ultimo confirmata ab Inn. XII Const. ed. 1696, Feb. 24, P. 5. Postea vero ab Inn. XIII Const. ed. 1721, Nov. 21, P. 1.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

Salvatoris, & Domini Nostri Jesu Christi, qui pro humani generis Redemptione seipsum exinanivit, factus obediens usque ad mortem,

vices, licet immeriti, gerentes in Terris inter multiplices graveque Apostolicæ servitutis curas, in eam præcipue pastoralis sollicitudinis vigilantia incumbimus, ut tanti, & tam salubris Mysterii monumenta, quæ in Civitate Hierusalem, & locis circumvicinis sunt, conserventur, & omni, qua fieri poterit, majori honorificentia recolantur.

§.1. Cum itaque alias felic. record. Urbano Papæ VIII. Prædecessori Nostro exposito, quod Ecclesiæ, & alia loca pia in Civitate Hierusalem, & aliis locis Terræ Sanctæ existentia fere diruta erant, & quæ adhuc ibi existebant Monasteria ære alieno ob impiam Turcarum, Hæreticorum, & Schismaticorum Tyrannidem, & pro Sanctæ Fidei Catholice in eisdem Locis conservatione contracto admodum gravata repeiebantur, idem Urbanus Prædecessor Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis Locorum Ordinariis, necnon omnibus, & singulis quorumvis Ordinum, Congregationum, & Institutum Regularium Generalibus commiserit, & mandaverit, ut ad minus duabus vicibus quolibet Anno, Adventus, & Quadragesimæ temporibus tam per Verbi Dei Prædicatores in suis Sacris Concionibus, quam in actionibus, & functionibus publicis necessitates eorumdem Sacrorum Monumentorum Populo proponi, & commendari curarent, & facerent, & alias prout in ipsius Urbani Prædecessoris literis desuper in simili forma Brevis die 3. Februarii 1634. expeditis, quarum tenores præsentibus pro expressis haberi volumus, uberius continetur; & sicut pro parte dilecti filii Bernardi ab Ecclesiæ Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum Professoris, ac ejusdem Terræ Sanctæ Commissarii Generalis Nobis nuper expositum fuit, ipse, quo præfate Urbani Prædecessoris Literæ, quæ a recol. mem. Innocentio X, Clemente X, Innocentio XI, Alexandro VIII, ac Innocentio XII. Romanis Pontificibus Prædecessoribus pariter Nostri confirmatæ fuerunt, exactius observentur, illas per Nos pariter confirmari, & innovari desideret: Nos eorumdem Sacrorum Monumentorum conservationi, & mantentioni consilere volentes, prædictas Urbani Prædecessoris Literas Apostolicæ auctoritate, tenore præsentium confirmamus pariter, & approbamus, illasque innovamus, & observari mandamus.

Ab Urb. VIII præcepti fuit Locorum Ordinariorum, & Religionum Generalibus, ut saltem bis in anno populo committatur curarent indigentiam d. Locorum.

Præces Commissarii Gen. Terræ S. pro confirmatione Constitutionis Urbani VIII tam antea ab aliis Sum. Pontif. confirmatæ.

Confirmatio d. Constitutionis.

Et mandati super ejus executione.

Clausula.

§.2. Volumus autem, ut Patriarchæ, Archiepiscopi, & Episcopi præfati in relatione status Ecclesiarum suarum, quando visitabunt limina Apostolorum, facienda referant, se prædictis Urbani Prædecessoris, ac præsentibus Nostri Literis paruisse; contrariis non obstantibus quibuscumque.

§.3. Volumus insuper, ut eorundem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XVIII Novembris MDCCCL Pontificatus Nostri Anno Primo.

XXXI.

XXXI.

Dat. 11. Nov. 1701. An. 1.

Conceditur Indulgentia plen. perp. peregrinantibus ad Ecclesiam Monasterii Sacri Specus Sublacen. Monachorum Cassinensium.

Innoc. XII Const. ed. 1676, Nov. 17, P. 1 agitur de facultate approbandi Confessarios.

CLEMENS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Universi Christiani presentes literas inspecturis salutem, & Apostolicam benedictionem.

Exordium.

Injunctæ Nobis divinitus Apostolicæ servitutis ratio postulat, ut celestium munerum, thesauros dispensationi nostræ a Domino creditos ad augendam in terris Sanctorum in Cælis cum Christo regnantium venerationem, excitandamque, & fovendam erga illos fidelium devotionem libenter, quantum Nobis ex alto conceditur erogare studeamus.

Causæ hujus Confessionis.

§.1. Itaque gloriosa S. Benedicti Abbatis, qui dum in hac Terra adhuc esset, nulli voluptati animi dedit, sed soli Deo placere desiderans, Sanctæ Conversationis habitum quaesivit, ac celestis gratiæ benedictione repletus Ecclesiam Catholicam spiritualium aromatum fragrantia longe, lateque replevit, merita pio, devotoque animi affectu recolentes, nec non spirituali Christianifidelium ad Ecclesiam Monasterii Sacri Specus Sublacen. nullius Diocesis Provinciae Romanae Congregationis Cassinens. Ordinis ejusdem Sancti Benedicti, ubi ipse, ut totum se Jesu Christo daret, per triennium delituit, quamque Nos pluries ante nostram ad summum Apostolatus apicem assumptionem, dum in minoribus constitutus eram, personaliter visitavimus, devotionis causâ peregrinantium consolationi, atque animarum saluti, quantum cum Domino possumus, consulere cupientes, de omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, omnibus, & singulis Christianifidelibus ad Ecclesiam ejusdem Sacri Specus, sicut præmittitur, peregrinantibus, qui illam vere poenitentes, & confessi, ac sacra communione refecti, devote visitaverint, & ibi pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, & Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem semel tantum in anno per unumquemque lucrificandam, misericorditer in Domino concedimus. Præsentibus perpetuis futuris temporibus valiturus.

Concessio d. Indulgentiæ semel tantum in anno.

Clausula.

§.2. Volumus autem, ut præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique locorum habeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die XXII Novembris MDCCCL Pontificatus nostri Anno Primo.

XXXII.

Dat. 29. Mar. 1701. An. 1.

Confirmatur Decretum Card. Protectoris quo

permittitur publicatio Decretorum innovantium, moderantium, & declarationum Constitutiones Ord. B. M. de Mercede Redem. Captiv.

Constitutiones Ordinis confirmate fuere Innoc. XII. Const. ed. 1691. Dec. 7. P. 1. Et Const. ed. 1692., Mar. 1. P. 1. permittitur moderatio cujusdam particulæ Constitutionum. Hujus vero Pontificis Const. ed. 1703. Aug. 13. P. 3. confirmantur quædam Capitula, & Ordinationes.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Alias pro parte dilecti filii Antonii Salvador Gilaberte Vicarii, & Procuratoris Generalis Ordinis Fratrum B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum, ac in Sacra Theologia Magistri, etiam nomine dilecti pariter filii modernæ Magistri Generalis dicti Ordinis porrecto Nobis ex speciali, ut asserbatur commissione totius Capituli Generalis ejusdem Ordinis die 17. Maji 1698. in Oppido Civitate nuncupato Guadalforriensi celebrati supplicis libello, in quo nonnullarum ex Constitutionibus dicti Ordinis a se. re. Innocentio PP. XII. Prædecessore nostro per quasdam suas in simili forma Brevis die 7. Decembris 1691. expeditas literas specificè confirmatis, moderari, & declarari respective petebatur: Nos supplicem libellum hujusmodi remisimus ad Congregationem Venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositam, a qua ipse Antonius Vicarius, & Procurator Generalis obtinuit plura Decreta, super innovatione, moderatione, & declaratione dictarum Constitutionum in diversis earum Capitibus, seu Articulis, ac facultatem eadem Decreta imprimendi, seu typis mandandi, illaque prædictis Constitutionibus suo quoque loco inferendi, ea tamen conditione ut prius inferioris hujusmodi minuta, seu formula ipsi Congregationi Cardinalium exhiberetur, quam subinde prædictus Antonius Vicarius, & Procurator Generalis eidem Cardinalium Congregationi exhibuit, tenoris, qui sequitur, videlicet.

Supplex libellus super innovatione, moderatione, & declaratione Constitutionum Pontifici oblati mittitur ad Congregationem Episcoporum & Reg., a qua emanavit infrequentia Decreta.

Decreta Congregationis suamatiæ expolita.

De tempore recitandi horam matutinam.

I. Distinctio prima Cap. 2. num. 1. decrevit Sacra Congregatio, quod Matutina hora noctis nona non cantentur, sed determinetur hora a Diffinitorio cujuslibet Provinciae, ea tamen determinata amplius non varietur = Quare deletio num. 1. ejus loco dicit sic: Firmiter statuimus, ut matutinae in toto Ordine nostro perpetuo, & inviolabiliter media nocte dicantur, & Superiorum conscientias oneramus, ne ad aliam horam transferri permittant, nisi in casu inevitabili, qui si accidat a die Pentecostes inclusive, usque ad festum S. Augustini dicantur post completorium, reliquis vero temporibus, eodem casu occurrente, designetur hora a Diffinitorio cujuslibet Provinciae, ea tamen determinata, nullo modo varietur: Provincialis, aut Visitator, qui hoc non exequatur, voce activa privetur in proximo Provinciali Capitulo = Sequitur num. 2. Prima non longe &c.

Eadem Distinctione cap. 10. num. 5. Decrevit Sac. Congregatio, quod omnes, qui a jure Constitutionis

De immunitatibus partu Provinciae.